

2. 29. 3^a Febr.

16

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux
Lithuania, Rusiae totiusque Prussiae ac Masoviae Dux
et haeres. Significamus tenore presentium universis praesentibus et futuris harum notitiam habituris, quia nos Castri nostri Marienburgensis conditionem meliorem cupientes habere ipsiusque administrationem in meliorem statum redigere, ordinationem infrascriptam in illo observandam et firmiter tenendam instituimus et ordinavimus, instituimusque et ordinamus modo infrascripto Inprimis ducentos mercenarios pedites, qui in Castro illo servantur, volumus hoc modo servari, illisque solutionem hoc modo fieri, quae videlicet inter illos ducentos pedites debeat constitui viginti decennarii, quorum singuli decem pedites ditioni suae habeant subiectos, quibus quidem stipendium singulis quatuordecim annis fere solvendum per tres florenos in moneta Regni nostri, triginta grosos computando, et reliquis pedibus per quatuor marcas Pruthenicas viginti grosos in quamlibet markam computando in moneta solvendum fore instituimus et designamus, volumusque et ita servare fore mandamus, ut inter pedites praefatos non fiant de cetero per medium armati, sed duntaxat sagittarii, qui arma sua bona et pices bonas habeant. Ut autem ea ordinatio nostra debita executione demandetur, committimus praesentibus et mandamus et laudifico Stanislao Kostka de Stemberge Castellano Etlingensi Capitaneo Golubensi Terrarum nostrarum
Prus-

Prusia.

Præsiae Thesaurario et dispensatori nostro elleaniburgens
ut ipse ea diligenter observet, et provideat, quo pedites no-
stri in Castro prefato modo et ordine prescripto serviant,
et ita serventur. Ubi autem ipse seus observari cogno-
verit, licebit illi hoc quod fuerit commutatum, et in
quo ordinatio nostra predicta non servatur corrigere
et mandare, et in statum et in conditionem debitam redi-
gere. Ad quod firmiter observandum eundem ellagui-
ficum Stanislaum Kostka obligamus sub obtentu gra-
tie nostre. Itaq, omnia fidei et circumspectioni pre-
fati Stanislai Kostka Castellani Elbingensis The-
saurarii et Dispensatoris Nostri Castri predicti pro
tempore existentis committimus, ut ea fideliter diligen-
terq, observet serio mandamus. Datum Cracovie
feria secunda post festum Purificationis Virginis
Mariæ Anno Domini Millesimo Quingentesimo
trigesimo secundo Regni vero nostri Anno vigeni-
mo sexto.